

Ab his itaq; progenitoribus descendens D. Carol. V. Roma. Imp. ut uirtutes & indolem maiorum suorum re'ert, ita ad Imperij culmen iure equidem ascendere me-
ruit. Hactenus uero omnia in eo apparuerunt summa, quæ Imperatoriam maiestatem deceant: summa animi moderatio cum summa coniuncta prudentia facit, ut sine
odio, sine inuidia & cupiditate agat omnia. Summa liberalitas, cū summa clementia, quibus duabus rebus, ipsi Principes reliquum potissimum uulgus antecedunt,
ita sibi in hoc nostro C. fare, quali sedem quandam posuerunt, ut de excellentia inter se certare uideantur. Hic est qui pene extinctam iam libertatem iussus Germaniæ
asserere & cupit & potest. Hic Turcarum effrenato furori, non solum resistere, sed & supplicia, cruciatus, probris, seruitutes, & omnia de decora, quæ illi in Christiani
gregem iam pridem cogitauit, atq; subinde crudeliter meditatur, in eorum capita rectorque facile potest. Quis enim ignorat potentissimos populos Hispanos di-
co & Germanos, qui etiam a Romanis rerum dominis triumphati, nunq; tamen debellati sunt. Horum inquam populorum potentia, nihil, si experiri uelit, in expugna-
tum relinquit, siue terra, siue mari res sit gerenda. Nam si statim pugnæ decertandum fuerit, omnium iudicio longe prima deferuntur Germanis. Nautalibus ualent
Hispani, imo utriq; ad utrumq; si ita necessitas urgeat, sunt promptissimi. Horum potissimum populorum auxilio, qui insuperabilis uidebatur Franciscus Gallorum
rex, magno cataphractorum supatus numero, apud Insulres, caelo etiam exercitu, capitur, atq; in Hispanias ductus, non nisi datis obsequiis sibi, in regnum suum
tandem utiret missus est.

Quid quod in Africam transiens, parua manu, ingentes Turcarum copias, sub quodam Barbarossa militantes, sinq; Carthaginiensi occupato, regum ipsum Tu-
netanum deuasantes, ac regem regno cedere compellentes, ita compressit, ut nisi celeri fuga salutem sibi quæ fuissent Turcæ, omnes ad unum usq; caeli occubissent.
Tanta felicitate gestum est hoc bellum in Africa, quod alioqui nihil non periculorum prima fronte spondere uisum est, nisi præ'enti sapientia sua Cæsar omni a par-
te, periculis, ne possent accedere, uiam præclusisset. Fugato & caeso magna ex parte, hoste, regem summa cum laude restituit: quo beneficio ita & regis & regni ciuium
animos in amorem sui pellexit, ut perpetuo deinceps suo de'ensori, tributarios offerre non dubitarent. Quocirca cum ad animi uirtutes, facta quoq; adiunxerit illu-
stria, adeo ut ultra Hercules quoq; columnas Imperij fines prorogant, cumq; nulli unq; ueterum Imperatorum tot fuerint regna, tot populi, tot tractus maris, nulli an-
te hac uerius Virgilianum illud attribui potuit, atq; Carol. V.

Hic uir hic est tibi quem promitti sepius audis,
Augustus Cæsar, diuum genus, aurea condet
Sæcula, qui rursus latio regnata per arua
Saturno quondam, super & Garamantes & Indos
Proferet Imperium, iacet extra sidera tellus,
Extra anni, solisq; uias ubi celsifer Atlas
Axem humeris torquet, stellisq; ardentibus aptum.

Igitur merito sibi quisq; bonus & pius gaudebit, quod sub tanto Cæsare clementia longe clarissimo, ac
Germanicæ libertatis assertori acerrimo, uerx pacis oliuam, eui diuinis auspicijs transmissam, accipere datum
est. Ita enim nobis persuadeamus par est, fieri non posse, ut minori gloria Carol. V. Rom. Imp. q; olim Octa-
uius ille (sub quo uerbum patris altissimi, formam ferui induere dignatus est) pater patriæ, & Augustus dici
& esse possit & uelit.



Georg. Strohmann 1080-1088 (1085)

